



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Apostolicae tres ac pietatis plenißimae Romanorum pontificum ad
Viennenses episcopos epistolae

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Non autē timeretur corā ipso si ipse timeretur: sed maxima cōscientia reſti, maxima cauſa trepidandi eſt in noſtra precipue uita, cui criminū cōtinuatio fit diſcriminū multitudo. Quo circa ſi nō diximus Chriſto uigila nobiſcum: ſaltem dicamus euigila propter nos. Nō rogauiſmus ne diſcederet, obtineamus ut redeat: nec deſerat curſum nauigationis infirmæ, donec uento & mari ſilentium iubeat, & furorē inſanientis ſeculi celerrimo fine cōpeſcat: & fiat in retributione iudicij trāquillitas magna, quia in hoc mūdo eſſe nō poſteſt. Quia ſi de mundo eſſetis mundus quod ſuum erat diligeret. Sed deuiſto mundo perueniatur ad ſupernam quietem: ubi quoniam poſſibilitas pereundi aberit, nec periculi cauſa naſcetur. Vbi ſemper nobiſcum dominus, ſemper cum illo ſi dederit nos erimus: & qui hic aliquoties negligentiſus dormit, illic perpetuo fruentiſus ſine fine uigilabit.

PIVS EPISCOVVS FRATRI
IVSTO EPISCOPO

Salutem.

ANtequā Romā exiſſes, ſoror noſtra Euprepia ſicut bene recordariſus, titulū domus ſuæ pauperiſus aſſignauit: ubi nunc cū pauperiſus noſtriſus cōmorātes miſſas agimus. De te autē ſup̄bicate poſtquā ad ſenatoriā urbē Viennēſem perrexiſti quid factū ſit noſſe cupimus, & ut ſementē euāgelij iā ſparſeris audire multū deſideramus. Præſbyteri illi qui ab apoſtoliſus educati uſq; ad nos peruenerūt, cū quibiſus ſimul uerbū fidei partiti ſumus, à domino uocati in cubilibus æterniſus clauſi tenētur. Sanctuſus Timotheuſus & Marcuſus per bonū certamē tranſierūt. Vide frater ut illoſus imiteriſus ſequēdo, neq; uinculiſus mūdi illigeriſus. Feſtina palmā perſeuerabilē cū ſanctiſus apoſtoliſus tenere, quā per multas paſſioneſus Pauluſus ſuſcepit & Petruſus: cui crux charitatē Chriſti tollere nō potuit. Salutāt te Sother & Eleutheriuſus digni præſbyteri. Saluta fratres qui tecū uiuunt in domino. Gherintuſus primarcheſus ſathane multoſus auertit à fide: gratia Chriſti habitet in corde tuo.

Piuſus

PIVS EPISCOPVS FRATRI
IVSTO EPISCOPO.

Athalus epistolas martyrum portans ad nos uenit, gaudium nobis inestimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis sanctum Verum collegam nostrum uictorem de mundi principe triumphasse: Tu uero apud senatoriam urbem Viennensem eius loco a fratribus constitutus, et colobio episcoporum uestitus, uide ut ministerium quod accepisti in domino impleas. Cura autem sanctorum martyrum corpora, sicut membra Dei: quemadmodum curauerunt apostoli Stephanum. Carceres sanctorum uisita, ne aliquis tepescat in fide. Martyria sancta spiritu sancto proba: et ut perseueret in fide eis incitator insiste. Presbyteri et diaconi non ut maiorem sed ut ministrum Christi te obseruent. Plebs uniuersa sanctitate tua protegatur. fratres nostri quos per Athalum recognoscas, de tyranni seuitia iam liberati requiescunt in domino. Pastor presbyter titulum contulit, et digne in domino obiit. Reuelatum mihi esse scias collega beatissime citius me finem huius uitae facturum, unum flagitabo, in communione stare et mei ne obliuiscaris. Salutat te senatus pauper Christi apud Romam constitutus. Saluta omne collegium fratrum qui tecum sunt in domino.

CORNELIUS FRATRI LVPICINO
VIENNENSI ARCHIEPISCOPO

Salutem.

Scias frater charissime arcam dominicam uetero persecutionis acer summe commoueri, et edictis imperatorum Christianos ubique tormentis uarijs affici. Nam in urbe Romana imperator ad hoc constitutus est, unde neque publice neque in criptis notioribus missas agere Christianis licet. Exhortetur itaque charitas uestra omnes credentes in Christum ne timeant eos qui occidunt corpus, sed potius eum qui habet corpus et animam potestate perdendi. Iam plures fratrum martyrio coronati sunt. Ora ut perficiamus cursum nostrum nobis a domino Reuelatum. Vale frater in domino et saluta omnes qui nos amant in Christo.